



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCCXXV. Die Markgrafen von Brandenburg, Woldemar und Johann,  
vergleichen sich mit dem Bischofe zu Posen wegen der Zehnten im Lande  
zwischen Drawe, Netze und Kudda, am 27. Dezember 1312.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCCXXV. Die Markgrafen von Brandenburg, Waldemar und Johann, vergleichen sich mit dem Bischofe zu Posen wegen der Zehnten im Lande zwischen Drawe, Neke und Kudda, am 27. Dezember 1312.

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, quod Nos Waldemar et Johannes, Dei gratia de Brandenburg et Lufaciae Marchiones, accedente nostrorum Comitum et Baronum consilio et assensu, cum Venerabili in Cristo patre domino Andrea, Dei gratia Episcopo et suo Capitulo Posnaniensi super decimis circa nouam Kalisz, Tempelborch, Arnskrone, Valckenborch, Filene et omnibus et singulis bonis inter Notelzam et Drauam et Notelzam item et Kuddam fluuios situatis, iam locatis pariter et locandis, imo de omnibus aliis bonis nostri domini sub Posnaniensi diocesi constitutis existentibusque bonis, super quibus lis inter Posnaniensem et Caminensem ecclesias ventilatur et bonis aliis omnibus, sub Dominio Marchionis Johannis specialiter constitutis, Domino Episcopo et suo Capitulo jure dioecelano debitis, emptionem fecimus et contractum. Videlicet ut Dominus Episcopus et suum capitulum cum suis successoribus in Arnswald Caminensis diocesis de annua contributione perpetuam quinquaginta Marcas Brandenburgensis ponderis et monete in diebus beate Walpurgis viginti quinque et beati Martini Episcopi vingiti quinque annis singulis in perpetuum percipiant inconculse contradicendi occasione procul mota. Habebunt etiam dicti Episcopus et Capitulum et eorum successores pro dictis decimis ducentos mansos Teutonicos nondum cultos, in dicto territorio inter dictos fluuios situato, cum decimis pleno jure nobis debito libere et pacifice jure proprietatis perpetuo possidendos, ita quod in bonis predictis nullum nobis jus et nostris successoribus penitus reseruamus, nullo modo ullas exactiones, tallias aut precarias aut aliquas angarias et perangarias in memoratis bonis ullo vnquam tempore faciemus aut ab aliis fieri patiemur, sed bona ista tuebimur contra quemlibet violentum. Ne autem super premissis contractu per nos rite facto cuiquam hominum in posterum possit dubium suboriri, presentem paginam desuper conferibi iussimus et nostrorum sigillorum munimine communiri, presentibus nostris fidelibus, scilicet domino Gunthero de Keuerenberch Comite nobili, Conrado de Redern, Jereslao de Crochern militibus, Slothekino nostre curie Prothonotario aliisque pluribus fide decoratis. Actum et datum in Buchszendorp, anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>. XII, in die beati Johannis Apostoli et Evangeliste.

Nach (von Herzberg) Exposé des Droits de sa Majesté le Roi de Prusse sur le Duché de Pomerellie S. 45. Ausführung der Rechte Sr. Maj. auf das Herzogthum Pommerellen S. 53. 54. Delrichs Beitr. 31. 32. Gercken's Cod. V, 287 — 289. Diese Urkunde ist im Originale nicht aufzufinden gewesen und haben daher in dem Zeugenverzeichnisse, welches in den zu Grunde gelegten Abdrücken offenbar falsch ist, Correctionen vorgenommen werden müssen. Statt Redern hat von Herzberg Veden und statt Slothekino: Stockholm. Den Ritter Jereslaus nennt Gercken de Crochen und von Herzberg de Grochen, gewiß scheint statt dessen de Crochern zu lesen. Es ist indessen zu vermuthen, daß auch der Name Jereslaus verzeichnet sey, und daß statt dessen Droifekinus gelesen werden müsse.